



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 137. Sancti Xaverii corpus in portus littore sepultum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.
A. C. 1552.

§. CXXXVII.

Sandi Xaverii corpus in portus lit-
tore sepultum.

*Turc. l. 5. Vix Xaverius e vivis excesserat, cum
cap. 12. illico Antonius, priscus ipsius inter-
Orland l. 12. n. 112. &c pres, qui Francisco ægrotanti semper
n. 112. lib. 13. n. 85. præsto fuerat, ad navim accurreret,
lib. 13. n. 85. sacram suppellestilem, qua Xaverius
accpturus. Lusitani, qui in navi e-
runt, nuntiato Xaverii obitu, confe-
stis obortis lacrimis crebros edebant
gemitus, atque interpretem ad tugu-
rium usque comitantes, defuncto justa
persolvere decernebant: Igitur Fran-
cisci corpus Sacerdotali veste induitum,
lignoque loculo inclusum in ipso por-
tus littore sepulturæ mandatur. Porro
jam terram injecturi erant Lusitani,
cum repente ex adstantibus quidam vi-
vam corpori calcem esse adhibendam
proponeret, ut carne celerius exesa de-
inde ipsius ossa eo facilius in Indiam de-
ferri possent: Itaque aperto loculo ma-
gna vis calcis iniicitur, tumuloque præ-
grandes lapides, tanquam sepulcri in-
dices imponuntur: anno autem sequen-
ti, Mense Februario ad medium ver-
gente corpus ejus exhumatur, ut illud
navi, quæ Pereiram ex Malacensi por-
tu advehetur, impositum in Indias trans-
fer-*

ferretur : verum elusa injectæ calcis vi ~~Sæcul~~ XVI.
corpus reperiebatur prorsus integrum, A.C 1552.
caroque adeo recens , ut spirantis ho-
minis carni haud absimilis esset , imo
ipsæ etiam vestes nulla ex parte tabe-
factæ inveniebantur , & suavem insu-
per odorem pretiosæ sancti hujus Viri
reliquiæ spirabant. Rei miraculo ille,
qui corpus effodere jubebatur , attoni-
tus corporis integritatem summopere
admiratur: ergo , ne vana referre cre-
deretur , veritus tantillum carnis ex
inde abscissum ad incorrupti corpo-
ris argumentum affert. Extemplo igit-
ur Navarchus , ceterique , qui vel Fran-
cisco in ejus necessitatibus præsto erant ,
vel Gubernatoris iræ inserviendi studio
decepti eundem male habebant , una
omnes ubertim flere , pectusque tunde-
re , ac Viri Sanctitatem proclamare cœ-
perunt. Postea corpus navi , quod e
Sanciano solverat , imponitur , ac se-
cunda navigatione die vigesima secun-
da Martii Malacam pervenit , ubi Per-
eira integrum Xaverii Corpus in Eccle-
sia Beatæ Virginis de Monte deponi ju-
bens , omnia , quæ ad funebrem pom-
pam requirebantur , sedulitate prorsus
egregia comparaverat.

§. CXXXVIII.